

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sententiae generales de opusculis Hieronymi etc. - Cod.  
Aug. perg. 177**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**[S.l.], [9.-10. Jh.]**

Hieronimus ad Paulinum de studio scripturarum

[urn:nbn:de:bsz:31-12948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-12948)

amor cuius iam non moritur. & mors ei non dominabitur.

**EXPLICIT DE AMORE DI ET SAECULI:  
INCIPIT AD PAULINUM PRESBITERUM  
POSTEA EPISCOPUM: DESTUDIO SCRIPTU  
RARUM BEATI HIERONIMI:**

**F**rater ambrosius tuam huiusmodi munuscula perferens detu-  
lit & suavissimas litterulas quae in principio amicitiarum  
fidem probato. iam & veteres amicitiae praeferebant;  
Vera enim illa necessitudo est & xpi glutino copulata qua  
non utilitas rei familiaris. non presentia tantum corpo-  
rum. non subdola & palpans adulatio. sed dicitur timor &  
diuinarum scripturarum studia conciliant; Legimus  
in veteribus historicis quosdam lustrasse provincias. pro-  
uos adire populos. maria transisse. ut eos quos ex libris  
nouerant coram quoque uiderent; Sic pharaonem mem-  
phiticum uates. sic plato aegyptum. & archita tarentinum  
eamque oram italiae quae quondam magna greca dice-  
batur. laboriosissime peragravit; & quatenus magi-  
ster erat & potens. cuiusque doctrinas achademiae gim-  
nasia personabant. fieri & peregrinus atque discipulus.  
mallens aliena uerecunde discere. quam sua impuden-  
ter ingerere; Denique dum litteras quas toto fugiente

orbe persequitur. captus a piratis & uenundatus. Etiam  
tyranno crudelissimo paruic captiuus. uinctus & seruus.  
tamen quia philosophus maiorimēte se fuit. Aditum li  
uum lacteo eloquentiae fonte manantem de ultimis ispani  
ae galliarumque finibus quosdam uenis se nobiles legimus.  
& quos ad contemplationem sui roma non traxerat. unius  
hominis fama perduxit; Habuit illa aetas inauditum om  
nibus saeculis celebrandum quem miraculum. ut urbem tan  
tam ingressi aliud extra urbem quererent; Apollonius  
siue ille magus ut uulgus loquitur siue philosophus ut  
pythagorici tradunt intrauit persas. pertransiit cauca  
sum. albanos. scythas. massagetar. opulentissima india reg  
na penetrauit. & ad extremum latissimo phison amne trans  
misso. peruenit ad brachmas ut hiarcam in throno seden  
tem in aureo & de uitali fonte potantem. inter paucos dis  
cipulos. de natura. de moribus. ac siderum cursu audire &  
docentem; Inde per elamitas. babilonicos. chaldeos. medos.  
assirios. parthos. sirros. phoenicos. arabes. palestinos. re  
uersus alexandriam. perrexit aethiopiam. ut gymno so  
phistas & famosissimam mensam solis uideret in sabulo;  
Inuenit ille ubique quoddam ceres. & semper proficiens.  
semper semelior fieret; Scripsit super hoc plenissime

66  
octo uoluminibus philo seratur; Quid loquar de saeculi  
hominibus cum apostolus paulus uas electionis & magis-  
ter gentium quide conscientia tanta in se hospitis loqueba-  
tur; An experimentum queritis eius qui in me loquitur  
xpi. post damascum arabiamque lustrans. ascendit ier-  
rosolimam ut uidere & petrum & mansit apud eum diebus  
quindecim; hoc enim ministerio ebdomadis & octo adis fu-  
turus gentium predicator instruendus erat; Rursumq;  
post annos xliii. adsumpto barnaba & tito exposuerit a-  
postolis euangelium. ne forte in uacuum curreret aut eu-  
currisset; habet nescio quid latentis in ergo uua uox &  
in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat;  
Unde & aethiopes cum rhodi exulare & legeretur illa demostre-  
nis oratio quam aduersus eum habuerat. mirantibus cunctis  
atque laudantibus suspirans ait; Quid supra audiisset arbeta-  
am sua uerba resonantem; Ne hoc dico quod sit aliquid in meta-  
le quod uel possis uel uelis discere sed quo ardor tuus & dis-  
cendi studium & iam absque nobis per se probari debeat ingen-  
um docile & sine doctore laudabile est; Non quod in uenas  
sed quod queras consideramus; Mollis cera & ad formandum  
facilis. & iam si artificis & plaste cersis manus. tamen uirtute  
totum est quicquid esse potest; paulus apostolus ad pedes ga-  
malihel. legem & prophetas didicisse <sup>morfi</sup> gloriatur. ut arma

tur spiritualibus telis. postea dicitur & confidenter; Arma  
emmilitiae nostrae non carnalia sunt. sed potentiadi.  
ad destructionemmunitionum cogitationis. & om  
nemalitudinem excellente in se aduersus scientiam  
di. & captiuantem omnem intellectum ad obediendum xpm.  
& parati subiugare cunctam in obedienciam; Timotheum scri  
bit ab infantia sacris litteris eruditum. & hortatur ad studi  
umlectionis. ne neglegat gratiam quae data est per imposi  
tione manus presbiteru; Itoprecipit ut inter cetera virtu  
tes episcopi. quem breui sermone depinxit. scientiam quoque  
in eo eligat scripturarum. obtinentem inquit eum qui secun  
dum doctrinam est fidelem sermonem. ut potens sit exorta  
ri in doctrina sana. & contradicentes reuincere; Scia quippe  
rusticitas solum sibi prodest. & quantum aedificat exuitae  
merito ecclesiam xpi. tantum nocet fidei seruientibus non re  
sistat; Malachias propheta immo per malachiam dicit. inter  
rogauit sacerdotes legem; in tantum sacerdotis officium est.  
interrogatum respondere de lege; In deuteronomio legimus  
interrogapatre matrem & adnuntiabit tibi. seniores tuos. &  
dicent tibi; In psalmo quoque centesimo xviii. Cantabiles  
mihierant iustificationes tuae. in loco peregrinationis meae;  
& in descriptione iustauri. cum eum arbori uitae dauid quae est

67  
in paradiso comparat & inter ceteras uirtutes hoc intu  
lit; In lege dñi fuit uoluntas eius. & in lege eius meditabit  
die ac nocte; Danhel in fine sacrae simg uisionis iustor  
ait fulgere quasi stellas. & intelligentes id est doctos qua  
si firmamentum; Vides quantum inter se distent iustitia  
iusticia & docta iusticia. alii stellis. alii a caelo comparantur.  
quamuis iuxta hebraicam ueritatem utrumque de orudi  
tis possit intellegi; Ita enim apud eos legimus; Qui autem doc  
ti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenta. & qui ad  
iustitiam erudunt multos. quasi stellae in perpetuas aeter  
nitates; Cur paulus apostolus. electionis uas. nempe qui uas  
legis. & scripturarum sc̄arum armarium fuit; Pharisei seu  
penit ad doctrinam dñi. mirantur in petro & iohanne quomo  
do legem sciant cum litteras non didicerint; Quae quidem alius  
exercitatio. & cotidiana in lege meditatio tribueret sol & illis  
sp̄s sc̄i suggereret. & erant iuxta quod scriptum est. dō docibiles;  
Duodecim annos saluator impleuerat. & in templo sener de que  
scionib; legis interrogans. magis docet dum prudenter inter  
rogat; Nisi forte rusticum petrum rusticum iohannem diant.  
quorum uiter que dicere poterat. & si imperitus sermone.  
non tamen scientia; Iohannes rusticus piscator. indoctus. &  
unde uox illa obsecro. in principio erat uerbum. & uerbum

erat apud dñm. & dñs erat uerbum. ΛΟΓΟΣ grece. multa  
significat; Nam & uerbum est. & ratio. & supputatio. & causa  
unius cuius querere per quam sunt singula quae subsistunt.  
quae uniuersa recte intellegimus in xp̄o; Hoc doctus plato  
nesciuit. hoc demostenes eloquens ignorauit; Perdam inquit  
sapientiam sapientium. & prudentiam prudentium repro  
babo; Vera sapientia. perdat falsam sapientiam; & quam  
quam scultitia predicationis increpauit. tamen paulus loquit̄  
sapientiam inter perfectos; Sapientiam autem non sc̄ti huius.  
nec principum saeculi istius quide foruuntur. sed loquimur de sa  
pientiam in ministerio quae abscondita est. quam praedestina  
uit dñs ante saecula; Dñs sapientia. xp̄s est; xp̄s enim dñi uirtus. &  
dñi sapientia; Haec sapientia in ministerio abscondita est. de  
qua & non psalmi titulus praenotatur pro occultis filii. in quo  
sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi; & qui  
in ministerio absconditus erat. praedestinatus est ante saecula;  
praedestinatus autem & praefiguratus in lege & prophetis;  
Unde & prophetae appellabantur uidentes. quia uidebant eū  
quem ceteri non uidebant; Abraham uidit diem eius. & ga  
uissus est; Aperiebantur caeli hieze dñi. qui populo pecca  
torum clausierant; Reuelauit dauid oculos meos. & consi  
derabo mirabilia de lege tua; Lex enim spiritalis est. & reue

168  
lacione opus est ut intellegatur. ac re uelata facie di  
gloriam contemplerur; Liber in apocalipsi. septem si  
gillis signatus ostenditur; quem si dederis homini scienti  
litteras ut legat. respondebit tibi non possum. signatus e  
enim; Quam hodie putant nosse se litteras. tenent signa  
tum librum. nec aperire possunt. nisi iller referarit. qui habet  
clauem dauid. qui aperit & nemo claudit. claudit & nemo aperit;  
In actus apostolorum scri eunuchus. immo uir. sicut in scriptu  
ra cognominat. cum legeretur isaiam. interrogatur a phi  
lippo; Putasne intellegis quae legis. respondit; quomodo  
possum nisi me aliquis docuerit; ego ut de me loquar interm.  
nec sanctior sum hoc eunuchus. nec studiosior. qui de ethiopia.  
id est de extremis finibus mundi uenit ad templum. reliquid au  
lam regiam; & tantus amator scientiae diuinae fuit. ut & iam  
in ueloculo sacras litteras legeret; & tamen cum librum teneret  
& uerba dñi cogitatione conciperet. lingua uolueret. labus p  
sonaret. ignorabat eum quem in libro nesciens uenerabatur;  
Uenit philippus. ostendit ei ihm. quidam sus latebat in littera; Om  
ni radoctoris uirtus. eadem ora credit eunuchus. baptizatur. fide  
lis & serus. ac magister de discipulo; plus in deserto fonte ecclesie.  
quam in aurato sinagoga templo reperit; Haec a me prescripta  
sunt breuiter. neque enim epistolae angustiae uacant longius



patiebatur. ut intellegeres te in scripturis sanctis sine pre-  
uio & monstrante semita non posse ingredi; Taceo de gram-  
maticis & rhetoricis. philosophis. geometricis. dialecticis. a-  
strologis. astronomis. medicis. quorum scientia mortalibus  
uelutilissima est. & in tres partes scinditur. ΤΟΔΟΓΜΑΤΕΝ. ΜΕ-  
ΘΟΔΟΝ ΤΗΝ. ΕΜΠΙΡΙΑΝ. ad minores artes ueniam. & qua non  
tam <sup>logo</sup> ΛΟΓΩ quam manu administrantur; Agricola. cimenta-  
rii metallorum fabri lignorumque caesores. Lanarum quo-  
que & fullones. & ceteri qui uariam suppellectilem & uilia  
opuscula fabricantur. absque doctore non possunt esse quod  
cupiunt; quod medicorum est. promittunt medici. tractant  
fabrilia fabri; Sola scripturarum ars est. quam sibi omnes  
passim uindictant; Scribimus indocti doctique poemata passi-  
m. Hanc garulamus. hanc delirus sonet. hanc solecista uerbosus.  
hanc uniuersi presumunt. lacerant. docent. antequam dis-  
cant; Alii adducto super alio grandia uerba trutinantes. in-  
ter mulierculas de sacris litteris philosophantur. alii discunt  
propudore feminis quod uiros doceant; & ne parum hoc sit qua-  
dam facilitate uerborum immo audacia differunt aliis. quod  
ipsi non intellegunt; Taceo de meo similib; . quasi forte ad scrip-  
turas sanctas post saeculares litteras uenerint. & sermone con-  
posito aurem populi mulserint. & quicquid dixerint hoc lege

69  
di putant. nescire dignantur quid proph & quid apostoli sen-  
serint. sed ad sensum suum congrua aptant testimonio. qua  
si grande sit. & non uicissimum genus dicendi. de prauare sen-  
tentias. & ad uoluntatem suam scripturam trahere repugnantē.  
quasi non legerimus homeri centonas. & uirgili centonas. Ac  
non sic & iam maronem sine xpō possumus dicere xpianum. quia  
scripserat. iam redit & uirgo. redeunt saturnia regna. iam no-  
ua proges caelo demittitur alto. & patrem loquentem ad  
filium. pater meae. uires meae. magna potentia solus natae.  
& post uerba saluatoris in cruce. tali perstabat memorans fi-  
xus quem manebat. Puerilia sunt haec & circumlatorum ludosi-  
milia. docere quod ignoras. Immo ut cum stomacho loquar. &  
hoc quidem scire quod nescias. Videlicet manifestissima est  
genesis. in qua de creatura mundi. de exordio generis hu-  
mani. de diuisione terrae. de confusione linguarum. & gen-  
tes usque ad aegyptum scribitur hebreorum. patet exodus cum  
decomplagis. cum decalogo. cum mysticis diuinis que precep-  
tis. In promptu est. leuiticus liber in quo singula sacrificia  
immo singulae paene syllabae. & uescit aaron & totus ordo  
leuiticus inspirant celestia sacramenta. numerus uero nonne  
totus arithmetice. & propheta uebalaam. & quadraginta dua-  
rum per heremum mansionum mysteria continent. de utero

nomium quoque secunda lex. & euangelicae legis praefigu-  
ratio. Nonne sic ea habet quae priora sunt. ut tamen noua sint omnia  
de ueteribus. Hucusque moyses. hucusque. PENTATEUCHO.  
quibus quinque uerbis se uelle loqui apostolus in ecclesia glori-  
atur; hoc exemplar patientiae. quae non in steria suo ser-  
mone complectitur. pro saucipit. uersulabitur. pedestri  
sermone finitur. omnisque legis dialecticae. propositio-  
ne. assumptione. confirmatione. conclusione determinat.  
Singulari uerba plena sunt sensibus; & ut de ceteris sile-  
am. de resurrectione corporum sic propheta uult.  
ut nullus de caelo manifestus. uel cautus scripserit; Sicut  
inquit quod redemptor meus uiuit. & in nouissimo die de-  
ra surrecturus sim. & rursus circumdabor pelle mea. & in  
carnem meam uidebo dñm. quem uisurus sum ego ipse. & o-  
culi mei conspiciuntur sunt & non alius; Reposita est haec spes mea  
in sinu meo; Veniam ad ihm naue. tripudium dñi non solum in  
gestis. uerum & in nomine portat; Transit iordanem.  
hostium regna subuertit. diuidit terram uictori populo. &  
per singulas urbes. uiculos. montes. flumina. torrentes.  
atque confinia. ecclesiae celesti quae in iherusalem spiri-  
talia regna distribuit; In iudicum librum quot princeps po-  
puli. tot figurae sunt; Ruth moabitae. esaias explorati

110  
num dicuntur; Emitte agnum dominatorem terre. de petra  
deserti ad montem filiae sion; Samuhel in helim mortuo & in occisio  
ne saul. veterem legem abolitam. porro in sadoch atq. dauid. no  
ui sacerdoti. nouiq. imperii sacramentatae statur; Malachim id est  
tertius. & quartus regum liber a salomone usque ad iechoniam &  
ab hieroboam filio nachab usque ad oses quod ductus est in aegyptum.  
regnum iuda. & regnum describit israhel; Si historiam respi  
cias. uerba simplici sunt; Si uero sensum latentem ecclesiae  
paucitas & hereticorum contra ecclesiam bellum narratur; Duo  
decim prophetae in uoluminis angustias coartati. multo aliud  
quam sonat in littera praefigurant; Osee crebro nominat ephraim.  
samaritam. ioseph. ie rrahel. israhel. & uxorem fornicariam. & fornicati  
onis filium. & adulteram. cubiculum clausum mariti. multo tempore  
sedere uiduam & subueste lugubri uiri ad seredum prestolari; Iohel  
filius fauol describit terram duodecim tribuum. eruca bruceo. lucusta  
rubigine uastante consumpta. & post euerisionem prioris populi ef  
fusurum sem super seruos dei & ancillas. id est super cxx credentium  
nomina. & effusurum in caenaculo sion qui cxx ab uno quoq. usque  
ad xv paulatim & per incrementa surgentes. xv. graduu nume  
ro efficiunt. qui in psalterio mystice continentur; Amos pastor & ru  
ficus & roborum mora distringens. paucis uerbis explicari non potest;  
Quis enim digne exprimat tria & quattuor scelera damasci. gaze. tr  
ri. idumae filiorum amon. & moab. & in septimo octauoque gradu  
iudae & israhel; hic loquitur ad uaccas pingues quae sunt in monte

samaritae & ruituram domum maiorem minoremq; testatur;  
ipse cornu fictorem lacusq; & stantem dñm super murum litum uol  
adamantinum & uncinum pomorum. & trahente supplicia peccato  
ribus. & famem in terra non famem panis neque sitim aque. sed  
audiendi uerbum dñi; Abdias: qui interpretatur seruus dñi p  
tonat contra edom. & sanguineum terrenum que fratris quoq;  
iacob semper aemulum a se percussit spiritali; Ionas: columba  
pulcherrima. naufragio suo passionem dñi prefigurans. mun  
dum ad penitentiam reuocat & sub nomine nineue salutem gen  
tibus adnuntiat; Michas: demorasti coheres xpi uastationem ad  
nuntiat filiae latromis & obsidionem ponit contra eam. quia ma  
xilla percussit iudicis israhel; Naum: consolator orbis incre  
pat ciuitatem sanguinum. & post euersionem illius loquitur. Ecce  
super montes pedes euangelizantis & adnuntiantis pacem; Abacuc  
luctator. fortis. & rigidus. stat super custodiam suam. & figit gradu  
super murationem. ut xpm contempletur in cruce & dicat; Operuit  
caelos gloria eius. & laudis eius plena est terra. splendore eius ut lux  
erit. cornua in manu eius. ibi abscondita est fortitudo eius; Sofonias:  
speculator. & arcanorum dñi cognitor. audit clamorem a portis  
cium. & euulatum a secunda. & contritionem a collibus; Indicit quoq;  
ululatum habitatoribus philae. quia conticuit omnis populus chana  
an. disperierunt uniuersi qui uoluerant argento; Aggeus  
festiuus. & laetus. qui seminauit in lacrimis ut in gaudio metoret.  
destructum templu aedificat. dñm que patrem inducit loquentem.

Adhuc unummo dicum. & ego commovebo celum & terram & mare &  
arida. & movebo omnes gentes & venis desideratus cunctis gentibus;  
Zacharias. memor dñi sui multiplex in propheta. ihm vestibus sor  
didis. & lapidem oculorum septem. candelabrumq. aureum cum totidem  
lucernis quot oculis. duas quoque oliuas a sinistris lampadis cernit  
& dexteris. ut post equos rufos. & varios. albos & dissipatas quadrigas  
excoñphraim. & equum de hierusalem. pauperem regem uaticinatur  
& predicat. sedentem super pullum filium asine subuigalis; Mala  
chias. aperte & in fine omnium prophetarum de abiectione israhel  
& uocatione gentium. Non est mihi aut uoluntas in uobis dicit dñs exer  
cituum. & munus non suscipiam de manu ura. ab ortu enim solis usq.  
ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. & in omni loco sacri  
ficatur & offertur nomini meo oblatio munda; Esaiam. hieremia.  
hiezechiel. danihel. quos possit uel intellegere uel exponere. quorum  
primus non prophetiam mihi uideatur texere sed euangelium; Se  
cundus. uirgam nucem & ollam succensam a facie aquilonis. & pa  
uum spoliatum suis coloribus. & quadruplex diuersissime trisneocat  
alphabetum; Tertius principia & finem tantis habet obscuritatib;  
in uoluta ut apud hebreos ipse partes cum exordio geneleos. antean  
nos xxx non legantur; Quartus uero quid & extremus inter quat  
tuor prophetas. temporum conscius & totius mundi philosophicus.  
lapidem precasum de monte sine manibus. & regna omnia subuer ten  
tem daro sermone pronuntiat; Dauid simoni des noster. pindarus.  
& alcheus. flaccus quoque catulus & serenus. xpm lyra personat. & in  
decacordo psalterium. ab inferis excitat resurgentem; Salomon  
pacificus & amabilis dñi. mores corrigit. pietatem docet. ecclesiam  
ungit. & xpm scaramque nuptiarum dulce cant. ETI ΘΑΛΛΙΟΝ.

epithalium.

*Titome*  
Hester in ecclesiae tripum populum liberat de periculo. & interfecto aman quinterpretatur iniquitas. partes conuuii. & diem celebrem mittit in posterum; Paralipomenon liber id est instrumenta ueteris. **ETILOGE** tantus actualis est. ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi uoluerit arrogare. se ipsum irrideat.  
Per singula quippe nomina iuncturasque uerborum. & praetermissa in regum libris tanguntur historiae. innumerabiles explicantur euangelii questiones; Hestras & neemas ad uitor uidelicet & consalatur ad no. in unum uolumen artantur. in scaurant templum. muros extruunt ciuitatis. omnisq. illa turba populi redeunt in patriam. & descriptio sacerdotum leuitarum. israhelitarum proscelatorum. ac per singulas familias murorum & curruum operadiuisa. aliud in cortice praefigurat aliud retinent in medulla; Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistole. & tamen non in plesse quod uolui; Audiuimus tantum quid nosse quid cupere debeamus. ut & nos quoq. possimus dicere; Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore; Ceterum socraticum illud impletur in nobis; Hoc tantum scio quod nescio; Tangam & nouum breuiter testamentum; Matheus. marcus. lucas. & iohannes. quadriga dñi & uerum cherubim quod interpretatur scientiae multitudo. per totum corpus oculata sunt. scintillae micant. discurrunt fulgura. pedes habent rectos. & in sublimitendentes. tertia pennata & ubique uolantia tenent semituo. sibi que perplexisunt & quasi rota in rotam uoluuntur. & pergunt quocumque eos flatus sp̄s̄i duxerit; paulus apostolus scribit ad septem ecclesias; Octaua enim ad hebreos. a plerisque extranumerum ponitur; Timotheum in seruit accitum; philimonem profugitauo

172  
famulo depraecatur. Super quod acer melius puto quam paucad dicere;  
Actus apostolorum nudam quidem uidetur sonare historiam. & nascenti  
ecclesiae infirma annexere; Sed si nouerimus scriptorem eorum  
lucam esse medicum. cuius laus est in euangelio. animaduertimus  
pariter omnia uerba illius animae languentis esse medicamina;  
Iacobus. petrus. iohannes. iudas. septem epistolas ediderunt. tam  
missas. tam subactas & breues pariter ac longas. breues in uer-  
bis. longas in sententiis. ut rarus non in earum lectione cecidit; Apo-  
calipsis iohannis to habet sacramenta. quod uerba; Parum dixi. pro  
merito uoluminis. laus omnis inferior est; In uerbis singulis. multa  
plures latent intellegentiae; Oro te frater karissime inter haec uiuere.  
ista meditari. nihil aliud nosse. nihil querere; Nonne abiudetur  
tibi hic in terris. regni caelestis habitaculum; nolo offendaris  
in scripturis sanctis simplicitate. & quasi uilitate uerborum quae uel  
uitio interpretum uel de industria sic prolatae sunt. ut rusticam  
contionem facilius instruerent. & in una eademque sententia ali-  
ter doctus. a literis audiret & indoctus; Non sum tam petulantis & hebes.  
ut haec me nosse pollicear. & eorum fructus capere. quorum radices  
in caelo fixae sunt; sed uelle fateor. sed enim tamen profero. magistrum ren-  
nuens comitem spondeo. petentia datur. pulsantia aperitur. querens  
inuenit; Distamus in terris. quantum nobis scientia per se uersus in caelo;  
Obuiis tamen uerbis exapiam. Sicut ineptae aliquid se debet magis ore tumida



te. & iam quicquid quesieris tecum sar & conabor; habet hanc an-  
tissimum fratrem tuum eusebium. qui litterarum tuarum mihi  
gratiam duplicavit. referens honestatem morum tuorum. con-  
temptum saeculi. fidem amictum & amorem xpi; Nam prudentia  
& eloqui uenustatem & iam absque illo. ipsa epistola preferbat;  
Stefana quae sote. & herentis in saeculo nauiculae funem magis pre-  
cede quam solue; Nemo renuntiaturus saeculo. bene potest uen-  
dere quae contempsit ut uenderet; Quicquid in sumptus de tuo tu-  
leris. pro lucro computa; Antiquum dictum est; Auarotam deest  
quod habet quam quod non habet; Credenti totus mundus diuitiarum.  
in fidelis autem & iam obolo indiget; Sicut uiamus quasi nihil haben-  
tes. & omnia possidentes; Victum ac que uestitum. diuitia xpi a-  
norum; Si habes in potestate rem tuam. uende; Si non habes. pro-  
ice; Tolle tunicam. & pallium relinque dum est; Scilicet nisi  
tu semper recrastinans. & diem de die trahens. caute & pedetentim  
tuas possessionunculas uendideris. non habet xpi unde pauper ossu-  
or aliat. Totum dō dedit. qui se obtulit; Apostoli. nauem tantum  
& retia reliquerunt; Vidua duo aera mittit in gazo filacium.  
& praefertur croesi diuitis; Facile contempnit omnia. qui  
se semper cogitat esse mortuum;

**EXPLICIT SCI HIERONIMI AD PAU-  
LINUM PRESBITERUM.**

No. & pallone. Ath.

Diuitiae xpi aoz  
uictus a uestit

**ITEM SERA**  
**AMBROSII**  
notariis mmi  
ore caduntur &  
in quodam epistola  
ta referre. Numqu  
re tempore. numqu  
solent litteris per  
ta & lectio oration  
quos uentis unim  
stano hora legem  
faciem defrautes. co  
multa laborem mun  
mur. Prader mto  
matur; pudet dicere  
stodie ad alio  
et expectamus  
Luaritur absem  
dites inuicem. co  
occupat. & dimi  
no amica supputa  
nponit. nuncce